

FORMA
ABSOLVTIONIS
ET ORATIONVM.

Seruanda à Fratribus Ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

In festis eiusdem Sæctissimæ Trinitatis, Cinerum, Cænæ Domini, & S. Catherine virg. & mart. auctoritate Apostolica concessa, & approbata.



Cum facultate Superiorum.

VLYSSIP. Typis Petri Crasbeeck.

ABSTRACT
OF THE
STATUTES
AND
ORDINANCES
PUBLISHED
BY THE
PARLIAMENTS
OF GREAT BRITAIN
FROM
1713 TO
1760
IN
FOUR VOLUMES
BY
ALAN HENNING
PRINTED BY
R. and J. BELLAMY
1760



AND
A
TABLE
OF
THE
CONTENTS
OF
THE
SEVERAL
STATUTES
AND
ORDINANCES
PUBLISHED
DURING
THE
REIGN
OF
GEORGE
THE
THIRD
IN
THE
THIRTIETH
YEAR
OF
HIS
MAYESTY
BY
ACT
OF
PARLIAMT
IN
THE
FIRST
YEAR
OF
HIS
MAYESTY'S
REIGN
IN
1760

HIERONYMVS

EPISCOPVS SABINENSIS

S. R. E. CARD. RVSTICI

CVCCIVS NVNCPATVS

Sanctissimi D. N. Papæ Vicarius

Generalis, Romanæque Curie
Iudex ordinarius.

*Dilectis nobis in Christo
Ministris, & fratribus Or-
dinis Sanctissima Trinita-
tis Redemptionis captiuorū
salutem, Deique benedic-
tionem. Et si cunctæ Orbis Ecclesia sub
Sanctorum fundatæ vocabulis sint pia
deuotione fidelium veneranda, illas ta-
men quæ in honorem, & suo vocabulo
Sacrosanctæ, & indiuiduæ Trinitatis di-
cata noscuntur eo excellentiori memoria
conuenit venerari, quo ipsa Sancta Trini-
tas immediatius, & perfectius vota fide-
lium dirigit, & ad gratiam exauditoris*

admittit. Cum ergo Ordo Sanctissime
Trinitatis Redemptionis captiuorum, nu-
in diuino per fel. rec. Innocentium Papā
III. sub tali titulo, & nomine institutus
esse dignoscatur, merito à sancta Sede
Apostolica specialibus gratijs, & fauoribus
decoratur. Et nos, vt Christi fidelium
deuotio visitandi Ecclesias dicti Ordinis
indies augeatur, nec non ad acquirendas
gratias in eisdem concessas eo feruentius,
& deuotius disponantur auctoritate Apo-
stolica à Sanctiss. D. N. Papa specialiter
nobis concessa, vt preces, & orationes, ac
denique absolutionem, quæ in Ecclesijs, &
Monasterijs dicti Ordinis diebus Cinerū,
Cenæ Domini, & Sanctæ Catherinæ Vir-
ginis, & Martyris dici, & fieri consuetum
est: etiam in omnibus festiuitatibus San-
ctissime Trinitatis dicere, & facere pub-
licè, & solemniter, Tenore presentium, li-
centiam, & facultatem eisdem Ministris,
& fratribus concedimus, atque imparti-
mur. Quoniam autem formam absolu-
tionis predictæ Viris probis, & d. Etis no-
stra

stræ sacre Congregationis, auctoritate
 prædicta examinandam commisimus: ne
 aliquis scrupulus, siue ambigendi locus cir-
 ca eam in posterum relinquatur: absolu-
 tionem ipsam, preces, & orationes modo
 quo recitari debent, ut evidentius expri-
 matur, his præsentibus adnotandus duxi-
 mus. Videlicet: *ut beatus romanus in*

Añã. Intret oratio mea, **Deinde**
dicantur septem Psalmi Pœnitenti-
ales, in totum, vel in partem, qui-
bus finitis repetitur. Antiphona.

Intret oratio mea in conspectu
 tuo Domine, Inclina aurem tuam
 ad preces nostras, Parce Domine,
 parce populo tuo, quem redemisti
 sanguine tuo pretioso ne in aternũ
 irascaris nobis.

Kyrie eleison, Christe eleison, &

Kyrie eleison. Pater noster. Et

ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo. **Y.** Sal-

uos fac feruos tuos, **R.** Deus

meus sperantes in te. **Y.** Mitte eis

Domine auxilium de Sancto. *R.* Et
de Sion tuere eos. *V.* Esto eis Do-
mine turris fortitudinis. *R.* A fa-
cie inimici. *V.* Nihil proficiat ini-
micus in eis. *R.* Et filius iniquita-
tis non apponat nocere eis. *V.* Do-
mine exaudi orationem meam. *R.*
Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum. *R.* Et cum
spiritu tuo. *Oremus.*

Oratio.

Adesto Domine supplicationi-
bus nostris, & me qui etiam
misericordia tua primus indigeo
exaudi clementer, vt quem nō ele-
ctione meriti, sed dono gratiæ tuæ
constituisti tui operis ministrum,
da fiduciam tui operis exequendi,
& in meo ministerio, quod tuæ pie-
tatis est operari. Per Christum Do-
minum nostrum.

Oratio.

Exaudi Domine preces nostras,
& confitentium tibi parce pec-
catis, vt quos conscientia re-
tus ac-
cusat,

cusat, indulgentia tuæ pietatis absoluat. Per Christum, &c.

Oratio.

PRæueniat hos famulos tuos quæsumus Domine misericordia tua, vt omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per Christum Dominum nostrum.

Oratio.

PRæsta quæsumus Domine his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ Sæctæ, à cuius integritate deuiarunt peccando, amissorum reddantur innoxii, veniã consequendo Per Christum Dominum nostrum.

Oratio.

Adesto Domine supplicationibus nostris, nec sit ab his famulis tuis clementiæ tuæ longinqua miseratio, sana, eorumque remitte peccata, vt nullis iniquitatibus à te separati tibi Domino semper valeant adherere. Per Christum Do-

minum nostrum. **Oratio.**

Domine Deus noster, qui offense-
sione nostra irasceris, sed sa-
tisfactione placaris, respice quæsu-
mus super hos famulos tuos, qui se
tibi grauiter peccasse confitentur,
tuum est, absolutionem criminum
dare, & veniam præstare peccanti-
bus, qui dixisti pœnitentiam te malle
peccatorum, quàm mortem. Con-
cede ergo Domine his vt tibi pœni-
tentia excubias celebrent, & corre-
ctis actibus suis conferri sibi à te
sempiterna gaudia gratulètur. Per
Christum Dominum nostrum.

Oratio

Deus humani generis benignis-
simè conditor, & misericor-
dissime reformator, qui hominem,
inuidia Diaboli, ab æternitate de-
iectum vnici filij tui sanguine re-
demisti, viuifica hos famulos tuos,
quos tibi nullatenus mori deside-
ras, & qui non derelinquis deuios,
me

assume correptos. Per Christū Do-
minum nostrum.

Oratio.

Moueant pietatem tuam quæ-
sumus Domine hæc famulo-
rum tuorum lachrymosa suspiria, tu
eorum medere vulneribus, tu iacē-
tibus manum porrige salutarem, ne
Ecclesia tua aliqua sui corporis por-
tione vastetur, ne grex tuus detri-
mētum sustineat, ne de familiæ tuæ
damno inimicus exultet, ne rena-
tos lauacro salutari, mors secunda
possideat. Per Christum.

Oratio.

Tibi ergo Domine supplices pre-
ces cum fletu cordis effundi-
mus, tu parce confitentibus, vt sic
in hac mortalitate peccata sua, te
adiuuante, defleant, quatenus in
tremendi iudicij die sententiam æ-
ternæ damnationis euadant & nel-
ciant quod terret in tenebris, quod
stridet in flammis, atque ab errori-
bus

bus ad iter reuersi iustitiæ nequaquam vulneribus faucientur, sed integrum sit eis, atque perpetuum, quod gratia contulit, & quod misericordia reformauit. Per Christum Dominum nostrum.

Hic non dicitur. Oremus

CONCEDIMVS VOBIS
FRATRIBVS facultatem, ex auctoritate nobis à Pontificibus Romanis indulta, vt consequi possitis omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones nostræ huiusmodi Sacræ Religioni concessas, iuxta priuilegiorum tenores, ab eadem Sede Apostolica obtentorum, sit vobis omnipotens Deus Indultor omnium criminum vestrorum, deleat, atque dimittat omnia peccata vestra Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum.

Hic

Hic non dicitur Oremus.


Dominus noster Iesus Christus, qui beato Petro Apostolo dedit potestatem animas ligandi, atque soluendi, ille vos absoluat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, & viuat in sæcula sæculorum. Amen.

Item communicamus vobis fratres orationes, ieiunia, Missas, peregrinationes, & labores pro redimendis etiam captiuis susceptos, cæteraque opera bona, quæ per Dei gratiam in nostra Congregatione, & ordine fiunt. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen

Quam quidem formam, & tenorem prædictarum à quoquam innouari, immutari, siue impediri in Virtute Sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna eo ipso incurrenda omnino prohibemus, & secundum eam (& non aliter) liceat prædictis fratribus in futurum prædicta absolutione, & orationibus pacificè, & quietè,

quietè, vti, frui, potiri, & gaudere, qui-
buscunque non obstantibus. In quorum
omnium, & singulorum fidem has præsen-
tes nostras literas exinde fieri, & per Re-
uerendissimum D. Paulum de Curte E-
piscopum Isernien. nostrum Vicesgeren-
tem, nec non per Notarium Curie nostræ
subscribi, sigillique nostri quo in talibus
vtimur, iussimus, & fecimus impressione
muniri. Datum Romæ ex Aedibus nos-
tris, Anno à Natiuitate Domini nostri
Iesu Christi M. DC. Indictione decima
tertia, Die verò vigesima Mensis Maij,
Pontificatus Sanctissimi in Christo Pa-
tris, & Domini nostri Domini Clemen-
tis Diuina prouidentia Papa Octaui An-
no eius Nonno.

Paulus Episcopus Isernien.
Vicesg.

Locus  Sigilli.

Faustus de Barberijs eiusdem
Curie Illustriss. & Reueren-
diss. D. Alme Urbis Vic.

} Not.

FINIS.